

## IN SYMBOLVM APOSTOLORVM

Qua de re, quum nobis tantus magister (quem cœli cœlorum adorant ac tremunt dominationes & potestates) audiendus sit, oportet huc accedentem deponere omnem arrogantiam ac supercilium, omnem carnis sensum & humanæ rationis argutias, vt simpliciter certoq; credat, quicquid nobis ad salutem diuina tradidit auctoritas. Quod tamen nõ prius faciet, q̄ deus id per suam gratuitam misericordiam ipsi largiatur. Nã ea sola facit, vt fideles simus, ac deo per omnia credamus.

*Fides qd sit.*  
*Aug. in En-*  
*chiridion ad*  
*Laurentiũ.*  
*Heb. ii. 1.*  
*Roma. 3.*  
*Iohan. 3*

**F**ides ergo, de qua hic agimus, est donum menti hominis diuinitus insulsum, quo citra vllam hæsitantiam credit esse verissima, quæcunq; diuina eloquia docuerunt, quam Paulus Apostolus describens, consistere afferit in earum rerũ, quæ non videntur cognitione, assensioneq; longe omnium certissima, quod in deum, cui creditur, nulla suspitio vanitatis cadere possit. Hæc sola aditum præbet ac facit, vt qui per incredulitatem & superbiã veteris Adæ, a deo excidimus, deo rursus appropinquemus, ac etiam per charitatem inferamur. Infecta est in Adam protoplaste radix, vnde consequens erat, vt stirps quoq; tota viticaretur.

*Radice in*  
*Adã corru-*  
*pta vitata e*  
*tota stirps*  
*gnis hũani.*  
*Augusti. de*  
*symbolo ad*  
*catechu. li. i.*

Erant siquidem homini, in primis præcipuæ illæ animæ vires, intellectus & voluntas, in hoc diuinitus inditæ, vt deum veluti optimum simul & maximum rerum omnium conditorem ac conseruatorem perpetuo agnosceret, agnitum vero, quoad fieri posset, complecteretur. At posteaq; protoplastes legem dei neglexit, & Satanæ legibus obtemperare maluit, protinus intellectum, hoc est, mentem & rationem, qua iudicaret, quid eligendum, omnis error inuasit. Itidem voluntatem, qua expeteret quod commonstraret ratio, carnalis concupiscentia grauitè vitiauit. At

*Duplici re-*  
*medio opus*  
*Psalm. 48.*  
*Actoꝝ. 15*

q̄ ita factum est, vt recederet homo (qui ad imaginẽ dei creatus fuerat, a deo conditore suo) comparatusque iumentis insipientibus, similis illis factus sit. Vtraque ergo parte vitata, duplici remedio opus erat, fide, quæ purificaret cor, hoc est, mentem & rationem, ceu fontem animi, &

*i. Timoth. i.*

*Iohan. 6*  
*Roma. 5.*

charitate, quæ submoueret prauas cupiditates, vt ad ea tantum feramur quæ præscripsit deus. Sed vtrumq; remedium non aliunde, q̄ a deo pendendum vel expectandum erit, ambo enim ipsissima dei dona sunt, Quod nemo per fidem veniat, ad patrem, nisi per filium. Et vicissim, nemo veniat ad filium, nisi pater traxerit eum. Rursus, Charitas dei per filium promerita, non aliter diffunditur in cordibus fidelium, q̄ per spiritũ sanctum, qui datus est nobis.

*Sũma Sym-*  
*boli.*  
*Credere in*  
*deum*

**I**AM VT AD SYMBOLI APOSTOLICI, IN quo hæc fides proponitur, expositionem pergamus. Principio sciendum est, quicquid inibi continetur, tribus verbis summatim cõprehendi, nempe